IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 161r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



p me queris quod perierat

Ita utiq; fac mecu Libera me de huius corporis infirmitate p resurrectionem quia egenus et paup sum quamdiu inuoluor huius carnis corruptione et cor meu intra me conturbatu est timore mortis

Sicut umbra cu declinat ablatus sum de uita pnti per mortem et fugatus sum in aplis meis a psecutoribus sicut locusta de loco ad locu fugiendo quia in mea passione dispersi sunt

Genua mea .i. fortes mei sc. apli subtracto me pane qui de celo descendi a pntia eorum infirmati sunt et defecerut a ieiunio quia diuini verbi refectione no habebant et caro mea immutata est in melius quia in gloriam immortalitatis et hoc propter inhabitantem gloriam diuitatis

Et inferebant michi in passione obprobria viderunt me in cruce pendente et mouerut capita sua in signu derisionis illudentes michi et dicentes vach qui destruis templum dei

Adiuua me domine deus meus saluu me fac scdm mia tua in passione confortando ne deficiam et saluum me fac resuscitando

~~Et hoc~~ p hoc Sciant et intelligant oms iudei q no ipi preualuerunt in me sed mea et tua voluntas facta est ut paterer

Sed Illi sc. obstinati iudei maledicent detrahentes auxilio quod vident in me unde iudei gloriam resurrectionis xpi non credentes maledicebant aplis pdicantibus illa et tu bndices pdicationem aplorum miraculis confirmando confundantur qui insurgunt in me putantes proficere contra me seruus autem tuus letabitur de reparatione facta per ipm

Induantur confusione et pudore .i. ubiq; ex omni pte confudantur